



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Cvræ Pastoralis Præcipve Circa Repentina & Generaliora

Possevino, Giovanni Battista Bernardino

Coloniæ Agrippinæ, 1645

XIII. De Moribundis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42220

evitentur, & de celebrato matrimonio Ecclesiæ constet.

52. Ementitas ecstases, &c. Repertæ sunt mulieres, quæ, malo dæmone fallente, se Christi Domini vulneribus (hoc munere cumulus S. Franciscus, & D. Catharina Senensis) decoratas dicebant: mirum est, quod, ex P. Ioseph Acosta significauimus, ad c. 7. n. 80 Firmilianusep. 75 ad D. Cypr. narrat, mulierem quandam dæmonis astu solitam & statim experiri res, quæ miræ videbantur, efficere: his illa artibus multos decepit.

Quædam mulier, (apud Seraphinum Firmianum. cap. 4. de spirituum discretionem,) eodem dæmone decipiente, sanguine sudabat. Lucilla Carthaginensis dæmonis secuta fraudes schismati Africano initium fecit. Optat. Mileuit. lib. 2 de Schis. Donatist. cont. Parmen.

Quomodo Confessarius se gerere debeat cum sceminiis visiones referentibus, docet Rodriguez p. 1. Summa cap. 9. Libenter leges, quæ monebat spirituales suas filias B. Catharina Bononiensis, cap. 29. lib. 2. Vita S. Clara, F. Valerij Veneti Capuccini, & quæ scribit Martin. Delrio Magic. Disquisit. lib. 4. cap. 1. q. 3. de diuina agens reuelatione.

C A P V T XIII.

DE MORIBVNDIS.

S Y M M A R I V M.

1. An teneatur Curatus quarere infirmos pro Sacrament.

2. An

2. An denunciaret mortem infirmo.
3. An tangat pulsum infirmi.
4. Hortetur Cur. ad indulgentias sua sodalitat's.
5. Post confessionem, & communionem quid agat cum infirmo.
6. Hortetur infirmum ad testandum.
7. An Curatus scribat testamentum.
8. In legatis pijs quid obseruandum.
9. Quos deterreat à legatis pijs.
10. Consilium infirmo leganti pia.
11. Quid respondendum difficili aut impossibili rei.
12. Consilium pro astantibus & domesticis infirmi.
13. An teneatur commendare animam infirmo.
14. Quantum temporis Curatus maneat apud infirmum.
15. Practica pro commendatione anima.

QVÆST. I. An Curatus, ut audit aliquem infirmari, debeat se ingerere, & hortari ad Sacramenta suscipienda, vel sufficiat dare petenti.

RESP. Præter dicta cap. 5. num. 3. & cap. 7. num. 81. Diligentius incumbendum in causa infirmi, quam in causa sani. Sed quia fragilitas naturæ humanæ talis est conditionis, ut infirmus male accipiat cum statim de Sacramentorum receptione admoneatur; Parochi diligentius erit curare, ut medici suæ parochiæ, iuxta canones, & cōstitutiones Pontificias suscipiant bene prouinciam, & de confessione admoneant saltem domesticos infirmi, & maxime cum prævident, vel dubitant de futuro delitio. (quod periti medici fatentur posse agnosci, domestici deinde denuncient infirmo, vide etiam cap. 7. n. 101)

Et quo maior peccator est infirmus, eo magis Curatus incumbat, primò lenibus, deinde grauioribus verbis, si ita prudenter expedire viderit, sed aspera relinquat pro extremo remedio. At si in loco vigeat abusus in hac re, curet, tollere, instruens populum ad petenda Sacramenta sponte cum infirmitate præmuntur, docti de commodo inde sequente, & de probabili periculo aliter imminenti.

2. *QVÆST. An Curatus teneatur denunciare mortem infirmo?*

RESP. Et non credo necessarium sub peccato, nisi quando probabile est, si denunciatur, infirmum saluatum iri, aut euasurum peccatum mortale. Porro prudenter denunciata non afferet molestiam illam quam communiter afferere solet. Expediet autem instituere cum infirmo sermonem de miseria huius mundi, & obiter inferere de periculo mortis, quod infirmitas solet afferre dicendo, Domine, si te oporteret ad Cælum ire, quomodo mortem acceptares libenter? Et ita, vel alio meliori modo, disponere ad mortem, vt sic dispositus rebus etiam suis disponat.

3. *QVÆST. An expediat, vt Curatus notitiam aliquam saltem crassam habeat pulsuum, vt tangendo infirmos, cognoscat, an vere infirmus sit moribundus?*

RESP. Non esse necesse, nec bonum tangere pulsuum, dum accedis pro conferenda extrema vnctione; quia si tetigeris, & vnxeris, intelliget infirmus se iam, iam mori quod esset illi valde molestum, sufficiet autem Curato pro recte
vngen-

vingendo infirmo scire illum deficere, iuxta
 Sta de extrema Vnctione. Cæterum qui hanc
 doctrinam calleret, vita & multa, quæ sæpe ab
 imperitis Curato proponuntur.

A quibus Curatus in morte absoluat, vide
 cap. 7. num. 72.

4. QVÆST. An Curatus det, & quomodo in-
 dulgentias bullæ. puta, ægrotus est è sodalitate, qua
 habet priuilegium accipiendi indulgentiam plena-
 riam in morte?

RESP. Considerandas esse bullas Papæ, & si
 Papa concedit Indulgentiam, Curat. nihil agit:
 At si concedit confessorio, vt illam largiatur,
 absoluat prius à peccatis, deinde det indulgen-
 tiam in hæc verba: Auctoritate, qua fungor,
 concedo tibi omnem indulgentiam illam pec-
 catorum tuorum, quam possum tibi concedere,
 virtute cuiuscunque gratiæ. In nomine Patris,
 & Filij, & Spiritus Sancti, Amen. Nau. cap. p. 26.
 num. 30.

5. QVÆST. Quid aget Curatus post confes-
 sionem & communionem infirmi?

RESP. Hortetur, vt tunc velit extremam Vn-
 ctionem, dandam tamen, quando ita visum fue-
 rit Curato: licet hoc possit differri in aliud tem-
 pus, puta dum Curatus viderit infirmum paula-
 tim deficere, & doceat cum Soto *dist. 23. quæst. 2.*
art. 2. conclus. 2. Vnctionem non esse differen-
 dam in id tempus, quo natura iam est deplorata,
 si tamen eo protrahatur, etiam est danda: colla-
 tam verò, cum natura adhuc vigeat, multum
 prodesse, quod non efficiet, si conferatur iam
 natura prostrata; quia Sacramentum operatur
 secun-

Secundum naturæ vires eas adiuuando, ita vt si opportunè conferatur, multi sanentur, qui alias moriuntur. Doceat præterea hoc Sacramento induci hilaritatem animi, quæ etiam multum ad sanitatem conducit, & in hoc multum incumbat, cum æger amore seculi validè retinetur.

Libet narrare exemplum: Decumbebat ad mortem iuuenis, qui amore vnici filij mirè cruciabatur: Iouxi eum, & statim interrogatus, an aliqua molestia afficeretur, respondit, esse animo omnino sereno, & vsque ad mortem, quæ fuit post quartam partem horæ solutis sensibus, cum mira deuotione, quiete perseuerans expirauit. Alia istius generis multa vidi.

Practica: Posset Curatus cum habet infirmum lethaliter ægotantem, eum sæpè inuisitare, vt ex visitatione infirmus non terreatur, dum viderit Curatum cū extrema vnctione aduenire.

6. QVÆST. An Curatus aliqua, & quanam præstabit pro, vel in testamento infirmi?

RESP. Nauarr. cap. 26. num. 36. hortandum esse infirmum ad testandum, dum est in gratia; & si testamentum condidit, dum nõ erat in gratia, hortetur ad id Deo offerendum, dum est in gratia, quod vt plurimum est post confessionem & communionem. Nauarr. ibi. Tol. Inst. lib. 5. cap. 5. vult Curatum teneri ad hoc sub mortali, id est ad exhortandum ad testandum: quod in vniuersum non potest esse verum. Forte tamen concedendum erit, quando si iste non testetur, multa damna sint secutura post eius mortem, & nullus sit aptior Curato ad persuadendum vt testetur, quo persuadente sit credibile infirmum testaturum.

S

7. QVÆST.

7. QVÆST. Si infirmus velit testari, & est loco, puta Villa, unde Notarius abest. An Curatus possit loco Notarij testamentum scribere?

RESP. Exoneret se Curatus, quantum fieri potest; quod si aliter fieri nequit, scribat, & adhibeat suos testes necessarios, qui debent esse septem mares.

8. Et si contigerit infirmum velle facere legatapia, Curatus aduocet duos testes, præter ipsum sufficientem quidem mulieres: at melius habere viros, si fieri potest. Silu. *testem par. qua. st. n.*

9. Deterreat autem à legatis pijs (magis saltem) habentem hæredem pauperem, quia bonum legatum est relinquere pauperi, modo si dignus, dummodo extreme indigeat, & non habeat alium, qui eum alere possit, vel velit. Nau. *c. 26. num. 36. in fine.*

10. Consilium petenti infirmo, quid possit pro anima sua relinquere, Curatus caueat, ne proponat, quæ sapiant avaritiam. Dicat potius generalia; puta fac eleemosynam locis vel personis pijs. Aliquando item proponat aliquos miserabiles. Aliquando propriam Ecclesiam, si re indiget. Sed sit prudens, ne incurrat offensam domesticorum infirmi.

Quomodo Curatus iuuet infirmum opere æterna indigentem. Vide cap. 7. num. 62.

11. QVÆST. Quid respondeat Curatus infirmo petenti rem indignam, aut impossibilem, puta, habeas curam uxoris meæ, vel filiorum meorum, aut aliud simile?

RESP. Nihil præcisè respondeat, sed solus genericè, puta, sis bono animo, non deero quicquid in re poterò, & similia.

Si verò contingat aduenam in loco esse infirmum, & habere vxorem, ac filios, & velit Parochum curaturum eos in patriam reduci, qui alias notabiliter essent passuri: Curatus præstabit rem dignam homine Christiano eos, & suis, & piorum eleemosynis adiutos in patriam remittere.

12. Obseruet Curatus pro astantibus, & domesticis infirmi. Cohibeat dolentes, & plorantes, & nonnunquam dicentes: Paulatim deficit Non perueniet ad talem horam, & similia: infirmi enim pollent acutissimo auditu vt plurimum, & talia valide moribundum conturbant.

13. QVÆST. An Curatus teneatur moribundo commendare animam?

RESP. Tol. *Inst. lib. 5. cap. 5.* affirmare: An sub mortali? Non credo, quia videtur res leuis, nisi in eo, qui ad talem statum sit redactus cum mortali, puta non confessus aliquo prauo affectu, vel cum perseuerantia in statu mortali, quia iste cum sit in magna indigentia pœnitentiæ, videtur Curatus tanquam Pastor teneri omni modo, & via dum superest halitus, illius salutem procurare, & tanto grauius credo teneri, quanto periculosius est damnum vicinum, & irreparabile moribundi. Pro commendatione verò animæ in isto casu, non solum intelligo preces illas fundere, quæ in Rituali inscribuntur. Commendatio animæ, sed vt inducat precibus hunc ad dolorem suorum peccatorum, & veram pœnitentiam. Commendare vero animam, id est, preces illas fundere,

sancta res est, & à Spiritu sancto, qui regit Ecclesiam, profecta.

14. QVÆST. *An Curatus teneatur manere apud moribundum die ac nocte vsque dum exspirauerit?*

RESP. Si moribundus sit impœnitens, credo teneri, vt est dictum num. superiori: si vero is recipit Sacramenta, & Christiane moritur, est bonum apud illum manere, sed nō necessarium, consuetudine generali ita interpretante. Sciat tamen Curatus diligentiam in hoc esse proficuum infirmo, & sibi, & valide domesticis infirmi charam. Circumferuntur duo libelli *italice* conscripti, videlicet consolatione de gli affetti del P. Gasparo Loarte della Compagnia di Gesu, & alter Modo vtilissimo al ben morire: quorum cognitio erit in hac re Curato valde vtilis. Præbeat autem se Curatus non magis diuitibus, quàm egenis diligentem, imò si velit excedere, excedat cum pauperibus, vtpote magis hac ope & consolatione indigentibus.

* Sed & Curatus sciat saepe freneticos paulo ante mortem fieri rationis compotes: ideo, pro frenesi infirmus non potuit antea iuuari conetur hoc præstare, cum instat mors: saltem saltem si non viderit antea adesse rationis vsum. Nam potest fieri, tunc infirmum esse sui iuris, fore iuuandum cum antea per frenesim omnino auxilio incapax esset.

15. QVÆST. *An commendatio animæ sitro petenda?*

RESP. Si velis, posse repeti. Vide vero an fructuosius, (quod ita credo) crebris orationibus

bus iaculatorijs mixtis cum gratiarum actionibus, tenere mentem infirmi excitatam: Et si habuerit vsum sensuum, expediet animare ad amorem Dei, ad voluntatem eius acquiescendā, ad spem vitæ æternæ, & ad læta huiusmodi, quæ magis afficient, si in medium producentur miseræ huius vitæ, & præcipue infirmi, qui in eis fuerit, aut sit, siue item domesticorum, quæ uenire cuique possunt: sic enim ex recordatione noti odiosi, discet amare incognita. Si in commendatione videris infirmum valide à dæmonio vexari, expediet vt orationi tuæ iungas orationes astantium, & vt respondeant tibi ad Litanias, vel repetant ipsi, quæ tu clarè pronunciaueris, vt multiplicata intercessio sit efficacior, præcipue verò Psalmū: *Exurgat Deus, &c.* & Euangelium S. Ioannis: *In principio, &c.*

Si verò infirmus auditu caret, relinque iaculatoria, quia non profunt, & alia supradicta, & age causam illius oratione tua, & astantium. Et cura semper adesse aquam benedictam, qua sæpe aspergatur infirmus. Vis enim huius aquæ contra ægrotudines, & morbos mira.

* Caue etiam à vociferatione, dum res necessarias doces, nam ista moribundum inquietant. Sufficit vox ordinaria, nisi surditas infirmi velit attollendam esse.

A. VICTORELLI

AD CAPVT XIII. NOTÆ.

Non esse differendam, &c. Lethali morbo oppressus ad extremæ vnctionis remedium

dium tunc debet confugere, cum integrum rationis robur ei permittit, ut pium animi studium ad Sacramentum afferre queat; & cum supernaturalis Sacramenti vis naturæ languendis vires adiuuare potest. De hac re actum est à me in libro de Extrema Vnctione, pagina 50. Alacritatem, miram profecto, in ægroti animo Sacramentum Vnctionis; qua is recreatus sæuientis draconis impetum sustinere facillè, ac frangere potest.

Beatus Laurentius Iustinianus sacro delibutus oleo egregiam habuit de mortis bono, & de sempiternis beatæ vitæ delitijs orationem. De Beata Maria Oegniacensi Iacobus de Vitriaco lib. 2. cap. 4. hæc scribit: *Dum agrotus aliquis extrema Vnctionis Sacramentum, B. Oegniacensi Maria præsentem, perciperet, sentiebat illa, Christum cum Sanctorum multitudine adesse, agrotumq; illum misericorditer corroborantem, demones expellentem, animam purgantem.*

5. Clara è Montefalco diuinum hoc remedium suscipiens, diuinitus monita crimina condonata, æternæque vitæ præmia sibi in cælo parata cognouit. Quæ tunc illam voluptas exhibaravit? *v. c. 4. lib. 5. vita S. Clara*, quam P. Valerius Capuccinus edidit.

6. Rodriquez parte 1. cap. 59. quid agendum Confessario, scribit, cum morientis hominis confessionem excepturus est. De testamenti statu gratiæ condendo idem, quod Navar. Petrochus moneat ægrotum, ut æs alienum detegat, iubeatque ut illud primo quoque tempore antequam obeat, si fieri possit, dissoluatur.

74. Duolibelli, &c.] Liber Ioannis Polanci
 è Soc. IESV, Methodus ad adiuuandos morien-
 tes, inscriptus, optimus est; cum præ manibus
 Parochus habeat.

CAPVT XIV.
 DE MORTUIS.

SYMMARIUM.

1. Quanto tēpore à morte sepeliendus sit mortuus.
2. An sepeliendum omni hora, & die.
3. An sepeliendum gratis.
4. Quibus negatur sepultura Ecclesiastica.
5. De puero in partu periclitante.
6. Moriens in Torneamentis, occidens se, non con-
 fessus, non communicatus, an sint sepeliendi.
7. Quid aget Curatus si vocetur ad confessionem
 eius qui omnino non potest loqui.
8. Censuratus absolutus in morte sepeliatur.
9. Quid intelligatur per verbum sepelire.
10. De infirmo blasphemante in morte.
11. Inuentus sine signo baptismi.
12. Prohibeat Curatus insolita super mortuos.
13. Quomodo exigat emolumenta sepult.
14. An Curatus permittat aperitionem mortuorū.
15. An mortua in partu introducenda sit in Eccle-
 sia more parturientium.
16. Missa de requiem quando dicatur.
17. Quid de candelis super sepulturas.
18. Distributio candelarum ad absentiam alterius
 Curati.

QVÆST. I. Quot horis debeat mortuus te-
 neri super terram, antequam sepeliatur?

S 4.

R. ES. DE.